



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Oratio mentalis die secunda dioecesanæ vndecimæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

ab Episcopo aliquando mutari: ideo & Synodo diocesana, & in Concilio provinciali, illud decreto cauimus, vt singulis annis, vel in ipsa Synodo diocesana, vel ineunte Ianuario, casuum, quos sibi Episcopus eo anno referuari expedire iudicauerit, reseruatō promulgetur, quò plenius casus eos reseruatōs confessorii perpetuò norint. Quamobrem hos ordine infra descriptos, quos hoc anno nobis reseruamus, iam nunc promulgamus. Hanc verò casuum reseruatorum promulgationem, etiam post hunc annum tandiu quoad altera proxima fiet, robur, vimque habere ex decreto diocesano, ac provinciali statuimus. Ab ijs verò casibus nemo cuiusuis ordinis confessorius, etiam prætextu cuiusuis priuilegii, quemquam sine facultate à nobis data absoluat.

Tum indicta est sessio tertia.

His ita absolutis, Illustrissimus Archiepiscopus surgens certas preces recitauit, ac Synodo benedixit sine concessione Indulgentiarum.

Promotores absentium contumaciam iterum accusarunt, & de more pro rogatu omnium & singulorum in præsentia sessione actorum institerunt.

Et antequam hæc sessio dimitteretur, R.D. Archidiaconus iussu Illustris Archiepiscopi de more indixit orationem metalem tribus capitibus partitam pro cleri disciplina excitanda, & diuino auxilio implorando. Capita sunt hæc quæ sequuntur, & in qua meditatione clerus per semihoram & amplius perstitit.

Oratio mentalis.

Die secunda Diocesanae xj.

Fratres carissimi: Obsecremus Deum omnipotentem, ut Regi Catholico Philippo Duci nostro, prosperum felicemque rerum successum dignanter diuina benedictione concedat: vt cui multarum gētium gubernacula dedit, eidem celestia arma tribuat, quibus protectus, aduersariorum nefarios conatus contringat.

Pars III.

II. Fratres carissimi: toto cordis affectu orate pro filio Regis, vt diuinæ gratiæ munere, regis virtutum ornamentis omnium excultus, in dies percipiat incrementa, diuque incolumis sua regna iure augustissime tueatur in perpetuum.

III. Fratres carissimi: toto cordis affectu orate, vt hæreticorum feritate compressa, Flandriæ status, diuino munere, pacis, & fidei catholicæ integritate semper exultet.

Sessio Tertia.

In nomine Domini, Anno, & mense, vt supra, die verò Sabbati 15. eiusdem mensis sessio tertia celebrata est. stans Canonicis horis in Metropolitana cantatis, hebdomadarius Can. Missarum solennia celebravit. Missa peracta Illustrissimus Archiepiscopus pluuiiale & pretiosam Mitram induit, ac in sessionalem locum descendit: tumque ex libro Pontificali oratio de Spiritu sancto, Adsumus, recitata, ac Litaniam more Ambrosiano decantata sunt ab vniuerso Clero. His peroratis Illustrissimus D. Archiepiscopus suggestum ascendit, vbi sermonem per horam habuit.

Sermone absoluto, & omnibus in sessione confidentibus, indicto prius silentio, Illustris. Dom. hac verborum præfatione constitutionem Gregorii Papæ Decimi tertii, de Iudicibus delegatis, & conseruatoribus nuper editam de suggestu promulgari voluit.

Decretum seu præfatio.

Vt Iudices in Synodo hac diocesana deputati pro causis commissariis, & conseruatores Regularium, quæ de iis constituta sunt, & sedis Apostolicæ auctoritate, & robore communitate exquantur, literas Pontificias Gregorii Papæ Decimi tertii in hoc diocesano conuentu publicè legendas decernimus.

Dum autem constitutio prædicta ex suggestu promulgabatur, M.R.D. Archiepresbyter luminibus accensis capsulam argenteam, in qua Sanctorum reliquias asseruantur, ex Sacristia ad Illustrissimum Archiepiscopum attulit, & super

M 3 men-